

quorundam principum nuntios ad sedem apostolicam destinatos benigne recepimus et eis benivolam duximus audientiam indulgentiam, litteras quoque, quas per eos quidam nobiles principes destinarunt, diligenter perlegi fecimus et, que continebantur in eis, notavimus universa. — — Unde illis principibus ius et potestatem eligendi regem in imperatorem 5 postmodum promovendum recognoscimus, ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere, presertim cum ad eos ius et potestas huiusmodi ab apostolica sede pervenerit, que Romanum imperium in persona magnifici Karoli a Grecis transtulit in Germanos. Sed et principes recognoscere debent et recognoscunt, quod ius et auctoritas examinandi personam electam in regem et promovendam in imperium ad nos spectat, 10 qui eam iniungimus, consecramus et coronamus. — — Obiectioni ergo principum respondentem asserimus, quod legatus noster episcopus Prenestinus nec electoris gessit personam, iuxta quod nobis per litteras suas quidam principum opponebant, utpote, qui nec fecit aliquem elegi nec elegit et sic electioni nequaquam se ingressit nec cognitoris personam exhibuit. — — Exercuit autem denunciatoris officium, quia personam ducis 15 eiusdem [Philippi] denunciavit indignam et personam regis ipsius [Ottonis] denunciavit idoneam quoad imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium quam propter merita electorum. — — Nos ergo per nuntios principum memoratos eos duximus commonendos, ut sicut nos a iuris ipsorum cessamus iniuria, sic ipsi contra ius nostrum se nequaquam iniuriosos ostendant, sed a prefato duce iusto quidem a nobis iudicio 20 reprobato recedant et prefato regi Ottoni non abnuant adherere. — — Datum Laterani.

61.

Markgraf Konrad schlichtet einen zwischen dem Kloster Dobrilugk und dem Pfarrer Hartpern zu Wahrenbrück ausgebrochenen Grenzstreit. **Wahrenbrück, 1202 Juli 18.**

25 *Hdschr.: Or. Perg. Gem. Ernestin. Archiv Weimar Reg. Oo p. 700 No. 3. Das S., an rothen und gelben Seidenfäden = Taf. IX, 6. Phot. H. St. A.*

Gedr.: Ludewig, Rel. manuscr. 1, 19.

Ann.: Die Urkunde ist gefälscht. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturkunden 17 und 148 Ann. 5.

:In nomine sancte et individue trinitatis. Cōnradus dei gratia Orientalis marchio ecclesie sancte Marie in Doberluh in perpetuum.: | Quoniam sub incertis, ut se habet 30 secularis potestas, rerum preterlabentium omnes fluctuamus eventibus in eo potissimum, ut speramus, beate eternitatis | appropinquamus portui, si hominum deo servientium temporali prospiciamus tranquillitati. Ideoque presenti atque future hominum generationi | notum esse volumus, quod causa, que inter fratres Doberluenses et Hartpernum sacerdotem de Uardenbruke super terminorum suorum distinctione versabatur, ex rogatu 35 domni Theoderici Misnensis episcopi discutiendam atque dirimendam suscipientes et bonis sermonibus et iustis rationibus id elaboravimus, ut idem sacerdos omnem querimoniam vel exactionem, quam contra predictos fratres in predia seu terminos ipsorum hactenus habuerat, penitus abdicaverit. Nos igitur quoniam deo largiente in patronatum